



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institvtione Sacerdotum, qui sub Episcopis  
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam  
vitam**

**Soto, Pedro de**

**Louanij, 1562**

6 De ratione peccati, & de discrimine venialis & mortalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30247**

## Lectio Sexta.

DE RATIONE PECCATI,

*et de discrimine venialis**ac mortalis*

**I**AM conuenienti or-  
dine agendū est de pec-  
catis, de quibus præci-  
pue agitur in iudicio il-  
lo arcano confessionis. Vt autem  
ex dictis patet, sicut in bonis ac-  
tibus humanis sunt duo: actus vi-  
delicet ipse, & habitus à quo ema-  
nat, quē vocamus virtutem: &  
tertium denique his duobus cō-  
mune, bonitas quædam, qua ipse op-  
perans vel habens habitum bonus  
est: ita in actu malo, qui pec-  
catū est, tria cōsideranda sunt: ac-  
tus ipse rectitudine carēs, quem  
vocamus peccatum: habitus illi  
conformis, siue aliqua animæ dis-  
positio ad peccatum, quam vo-  
camus vitium, virtuti videlicet  
oppositum: & malitia ipsa, qua  
malus verè est vtrumque habēs.

D ij Cūm

*Tria cō-  
sideranda in ac-  
tu bono  
& malo.*

1.2.9.17

*quid peccatum.**quid materiale in peccato.**quid formale.*

Cum itaque hæc tria vocabula sint, peccatum, vitium, malitia: peccati nomine propriè accipimus actionem ipsam mali: quæ ita b. Thom. explicat: Ex quo & supradictis facile patet ratio & definitio peccati. Est enim, iuxta Augustinum, peccatū actus qui libet contra legem æternam: dictum (inquit) factum, vel concupitum. Vbi est obseruandum, duo esse in peccato: primum, materiale ipsum, hoc est, actus aliquis, vel certè omisio actus voluntarij: peccatur enim nonnunquam sola omisioe absque aliquo actu. Illud itaque sit materiale. Formale verò, quod complet rationem peccati, deordinatio illa est, & carentia debitæ rectitudinis. Cum enim humani actus regula propriè sit ratio æternæ & diuinæ legi conformis: actus ab hac discrepans caret proculdubio rectitudine debita. Peccatum igitur merito tātum priuatio quædam dicitur, & nihil; sicut cæcitas

tas

V  
tas a  
riale  
vel v  
sed f  
sola  
uerā  
Et i  
xeru  
ritō  
scilio  
omn  
ex h  
ti &  
ter a  
auer  
non  
cans  
mo i  
tur. N  
imp  
ratio  
Ia  
tract  
sint  
tum  
men  
xim

tas aut tenebræ, in quibus mate-  
riale quidem subiectum est lucis  
vel visus, ocul<sup>o</sup> videlicet aut aer:  
sed formalis ratio tenebrarum in  
sola negatiōe lucis est: quare res  
uerà nihil est. Ita igitur peccatū.  
Et iuxta hæc duo etiam distin-  
xerunt doct. duo in peccato me-  
ritò consideranda: conuersionē  
scilicet ad aliquod bonum, quod  
omnis peccans quærit & amat:  
ex hac sequitur obiectum pecca-  
ti & species. Quærit enim adul-  
ter alienam, &cæ. Aliud verò est  
auersio à Deo, & lege eius, quam  
non intendit neque aspicit pec-  
cans. Quare Dionys. inquit. Ne-  
mo intendens ad malum, opera-  
tur. Nec tamen propterea minus  
imputatur ei. Et hæc sufficiant de  
ratione peccati.

Iam ad diuersitates peccatorū  
tractandas accedamus: quæ cum  
sint multæ & variæ, vt apud bea-  
tum Thomam videre est: illa tas-  
men omnium maxima est, & ma-  
ximè necessaria spiritualibus ius-

D iij dicit

*In omni  
peccato  
mortali  
est cōuer-  
sio ad bo-  
num ali-  
quod &  
auersio  
a Deo.*

dicibus, qua in mortale, & veniale peccatum diuiditur: quæ attentius nunc consideranda.

Primò omiſſis nunc nominibus, de quibus poſtea, rem ipſam irrident hæretici, qui (quam utcunq; ſe purgent ab obiecta illis Stoicorum opinione, omnia peccata eſſe paria) dicunt tamen omne peccatū mortale eſſe, ſi verum eſt illud Pauli: Stipendium peccati mors: includentes etiam hîc ipſum peccatū originis. In quib⁹ multa ſunt & ſcripturæ, & ratiōi repugnãtia, vt patebit.

*De diſtinctione peccati venialis & mortalis*

*Galat. 5.*

Nos igitur illud primò ſtatuaemus: ex ſcripturis & doctrina eccleſiæ manifeſtè oſtendi, quædã peccata eſſe leuia & minima, nec æterna pœna digna, aut à regno Dei excludentia: alia verò eſſe maxima & grauia: qualia qui agunt, regnum Dei non poſſidebunt: atque ideo æterna damnatione digna. Scriptura quidem aperta eſt Pauli dicentis: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt  
fornis

V  
forn  
gnu  
rurſu  
regn  
Nec  
ribu  
bu v  
quiſc  
edifi  
men  
nere  
peræ  
nifeſ  
gna c  
fund  
ideo  
enim  
rit, d  
tem  
dam  
bro  
fider  
Apu  
quer  
pecc  
dicer  
tra P

fornicatio &c. quæ qui agunt, res  
 gnum Dei non consequentur. Et 1. Cor. 6.  
 rursum: An nescitis quia iniqui 1. Cor. 3.  
 regnum Dei non possidebunt?  
 Nec fornicarij &c. Et de grauioribus hæc sufficiant. De minoribus verò locus ille sufficit. Vnusquisque videat quomodo superædificet: cum pri<sup>9</sup> dixisset: Fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. Nam alius (inquit) superædificat lignum, &c. quæ manifestè vocat opera quædam, digna quidē igne purgari, sed quæ fundamentum non destruant: & ideo nec à salute excludant. Sic enim inquit: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit. Vocat verò fundamentum (vt Augustinus in libro de fide & operibus docuit) fidem per dilectionem operantē. Apud patres quoque omnes frequentissimè in vsu est, quædam peccata grauiora, quædam leuiora dicere: sicut Augustinus sæpe cōtra Pelagianos disputans, etiā ex

1. Ioh̄. 1. verbis Apostolorū asserit, sine peccato nullum hominem esse, vt Iohannes ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, & cæt. sed sine crimine multos vi- uere ait, dicente Paulo Apostolo de Præsbyteris & Diaconis or- dinandis: Si quis sine crimine est. Crimen (inquit Augusti- nus) peccatum graue est, accu- satione & dāmnatione dignum. Ita tractatu 41. in Iohannem, vt Magister citat 42. distinct. 2. Item 21. de ciuitate Dei, cap. 28. de peccatis, quæ elemosynis & oratione remittuntur; & in En- chridio cap. 64. vbi ex professo de hac distinctione peccatorum loquitur: de qua nos superius in sacramento poenitentia, cum de remissione peccati venialis as- geremus, plura diximus, huic es- tiam loco conuenientia. His scripturæ & sanctorum autho- ritatibus suffragatur quoque ratio, naturæ & fidei consentiens, quam habet diuus Thomas dis- ligen

V  
liger  
breu  
P  
non  
poen  
gnu  
sed h  
rum  
sting  
horu  
tate  
tet) p  
litiar  
verō  
nem  
esse p  
diu  
finen  
nis, v  
ad fir  
rea a  
tio h  
vitæ  
ipsi  
parab  
specu  
babil

ligenter in prima secūda: de qua breuiter hæc annotanda sunt.

Primum. Mortale à veniali non distinguitur, primò ex reatu poenæ, quòd videlicet hoc sit dignum temporali, illud æterna: sed hæc distinctio cōsequitur eorum naturas, ex quibus primò distinguuntur. Secundum. Prima horum distinctio est ex diuersitate inordinationis, à qua (vt patet) peccata habent omnem malignitiam, vt diximus. Deordinatio verò omnis, cū sit contra ordinem aliquem, in quo necesse est esse principium siue finē, & medium, est proculdubiò vel circa finem ipsum, & principium ordinis, vel circa media, saluo ordine ad finem. Igitur sicut in corporea ægritudine omnis deordinatio humorum, saluo principio vitæ, curabilis est: sed corruptio ipsius vitæ, mors videlicet, irreparabilis: & sicut in intellectu speculatiuo, qui errat circa probabilia media, vel conclusiones

D v quas



quascunque, etiam necessarias re-  
parari potest & emendari, si prin-  
cipia scientiæ & ratiocinationis  
salua permaneant: ita in mora-  
libus de quibus nunc agimus, si  
quis peccet contra fines ipsos ad  
quos reliqua omnia ordinantur:  
quantum est ex ipso irreparabi-  
liter peccat: vt videlicet si contra  
charitatem Dei, & obedientiam,  
vel proximi vtilitatem peccet,  
quantum in ipso est, incurabilis  
est: & hoc vocamus peccatum  
mortale: quod quia aufert gra-  
tiam & charitatem, cui primò &  
directè opponitur, ex se dignum  
est morte æterna. Si autem circa  
alia quis peccet & deordinetur,  
saluo tamen ordine charitatis:  
cùm contra illam non agat, sed  
præter illam tantum, non est di-  
gnus æterna separatione à Deo  
nec inimicitia: quod vocamus  
peccatum veniale: vt otiosum  
aliquod verbum nulli nocens,  
parum immoderatus vsus cibi:  
& huiusmodi. Hoc enim na-  
tura

tura  
nat  
in o  
li o  
ver  
tia a  
gitu  
diu  
ne t  
pecc  
talia  
quid  
resp  
retic  
Stip  
nim  
mo:  
Ipse  
in Pa  
nisi  
form  
beatu  
cato  
perfe  
cular  
tum:  
lis sp

turalis ratio habet ( cui consonat proculdubio diuina lex ) vt in omni amicitia quædam sint illi omnino contraria , quædam verò tantum nonnihil retardantia affectum amicitia. Hæc igitur sunt peccata venialia. Quæ diuus Thomas certissima ratione tantum secundum quid dicit peccata: collata ad peccata mortalia , sunt quasi imperfectum quid in genere peccati. Ex quo respõderur etiam obiectioni hæreticorum ex illo verbo Pauli: Stipendium peccati mors. Ibi enim de peccato mortali est sermo: quod ostendit alter locus: Ipse tamen saluus erit. Et certè in Paulo peccatum non dicitur nisi mortale, vel causaliter, vel formaliter. Secundo etiam infert beatus Tho. ex prædictis, in peccato veniali non esse propriè & perfectè deordinationem vel maculam, sed secundum quid tantum: priuationem scilicet actus splendoris, qui est in actu virtutis,

ar. 1. 88.

q. 1. 2. ad primum.

1. Cor. 3.

q. 89. ar. 1. 12.

tutis, & deordinatiōe ab his, quæ quodam modo impertinentia sunt. Tertiò denique, nec peccatum veniale propriè esse contra legem aut præceptum, asserit.

Quod quanquam nonnullis displiceat, rectè tamen consideratum, & rationi & patribus consentaneum est. Non est enim contra finem alicuius præcepti: finis enim omnium est charitas, vt *2. Tim. 1* Paulus ait: & ideo contra nullum præceptum est. Nam præceptum via quædam est; viæ verò propriè contrarium est, quod termino ipsius repugnat: vnde nō facit contra dirigentem in via, qui etsi parum diuertit, non tamen in contrarium tendit: vt Augustinus in libro de doctrina christiana, de exponente scripturam sacram alieno quidem sensu à circūstantia literæ, sed vero, inquit. Igitur non negamus mendacium omne prohiberi aliquo præcepto: sed præcepto ordinate charitatem Dei & proximi:  
contra

con  
um  
& pr  
ptun  
via,  
tura  
nobi  
hære  
eccle  
ideo  
stin  
inter  
pura  
Deo  
tum  
gnun  
niq  
ad gr  
niale  
quã  
tale.  
error  
pecca  
ratio  
tantu  
quan  
Quoc

contra quod non fit, si mendacium non sit contra charitatē Dei & proximi: sed est præter præceptum, & nonnulla declinatio à via, & retardatio. Et hæc de natura peccati venialis in genere nobis sint dicta, in qua errarunt hæretici præsentēs perniciosè ab ecclesiæ sensu recedentes, atque ideo reiicientes tam certam distinctionem: sed & nonnulli alij, inter quos Gerson, pietate quadã purantes se obsequium præstare Deo, cum dicunt veniale peccatum ex se esse mortale, & ex se dignum æterna damnatione: & denique, non minus nos teneri Deo ad gratiarũ actionem, quod veniale non puniat æternaliter, quàm quod remittat nobis mortale. Et hæc omnia pertinent ad errorem illum Stoicorũ, omnia peccata æquantium. Nam quid rationabilius, quàm fateri furtũ tantum distare ab homicidio, quantum res furto ablata à vita? Quod negantes, Stoicos se fateri debent,

debent, & negare, quòd tantum distet mendacium nulli nocens, & quòd multis prodest, ab ipso homicidio, quantum nullius nocumentum cum minima deordinatione, ab ipsa vite subtractione distat. Quod si quis consideret, facile soluet eorum rationes. Nec enim rationabiliter dici potest, iuste priuari posse peccantem eo bono, contra cuius ordinem non facit cum peccat. Vnde nec Deo propter peccatum veniale priuari quis iuste potest.

Vbi non inquirimus quid vel omnipotentia, vel immensa eius bonitas possit:

sed quid habeat

ipsa natura

ra peccati.

LECTIO

L

D



paruu  
tali:d  
do in  
dum,  
merit

mè fu

Est

dispo

pinqu

merit

Qui m

fluet. I

inquit

le disp

rectè,

formā

cet alie

ita ipse